per ſerbitium militare & reddit quadraginꝭ ſolidꝯ pro omnibus ſerbitys, ipſeq; ſic inde ſeiſito eriſtēn ſecundo die Octobr anno regnoꝝ dñorum Philippi & Marie nup Regis Anglie quinto & ſerto de tali ſtatu ſuo obyt ſic inde ſeiſitus habens exitū de corpore ſuo quendā Wilhelmum Fawconer prout per quandam inquiſitionem indentatā captam apud ꝑbam Bickhill in comitatu predicto undecimo die Septēbr anno regni domine nuper Regine Eliz̄ab. primo coram Petro Grape Eſcaetor ejuſdem nuper Regine in comitatu predō poſt mortem ꝑdict Wilhelmi Fawconer curie hic oſtenſ. (inter alia) plenius liquet, & apparet, Poſt cuiꝰ quidem Wilhelmi Fawconer patris mortem predict' Willus Fawconer filius in predō manerr de Alhendon cum pertineñ intravit & inde fuit ſeiſitus in dominico ſuo ut de feodo, Idēque manerr cum pertinentys tenuit de predict Egidio Allington milite ut de predict' manerio ſuo de Wilmondeſley in predict' comitū Hertf. per ſerbitium militare & reddit quadraginta ſolidorum pro omnibus ſerbicys, cujus quidem Willmi Fawconer filij ſtatum titulum & intereſſe idem Benedictus Winchecombe armig per bonas & ſufficienꝭ conveyancias & allurancias in lege modo habet & poſſidet, Virtute cujus idem Benedictus Winchecombe armig in predō manerr de Alhendon cum pertiñ intravit & inde fuit & adhuc eſt ſeiſitꝰ in dominico ſuo ut de feodo, Idemq; manerr cum ꝑtineñ adtunc tenuit & adhuc tenet de Egidio Allington milit heredō ꝑdict Egidy Allington milite ut de predict' manerr ſuo de Wilmondeſley predict in predict comitatu Hertf. per ſerbicium militare & p ꝑdict reddit quadraginta ſolidorum pro omnibus ſerbicys, Abſque hoc quod ꝑdict manerr de Alhendon infra hundred de Alhendon in predict comitatu Buck. modo tenetur aut unquam tenebatur de predict dño Rege nunc aut de aliquibus progenitorib⁹ ſiue predeceſſorib⁹ ſuis in capite in ſocagio in capite per ſerbicium militare aut alr in ſocagio per quod idem Benedictus de aut cum predict ſumñ rl. s. aut aliqua inde parte ſiue prcella vꝭ prefat domiñ Regē de aliquo auxilio ad primogenitum filiū ſuum Henr principem militē faciendō onerari debet, Et abſque hoc quod habetur aut unquā habebatur aliquod recordō ſiue aliqua recordō p que liquere poteſt quod ꝑdō manerr de Alhendon cum pertineñ tenetur aut unquam tenebatur de ꝑdō domiñ Rege nunc aut de aliquibus ꝓgenitorib⁹ ſuis in capite in ſocagio in capite aut per ſervicium militare aut aliter de eodem dño Rege aut ꝑdeceſſorib⁹ ſuis unde auxilium aliqō eidē dño Regi aliquo modo & ſiue medio devenire potuit. Que omnia & ſingula ꝑfat Benedictus Winchecombe ar paratus eſt verificare prout curr &c. Unde non intendit qō ꝑdō domin⁹ Rex nunc ipſum de aut in ꝑmiſſis ulteriꝰ impetere ſeu occaſionare velit, Et petit judiciū qō ipſe de predict rl. s. ab ipſo in predicto magno rotulo ſuperiꝰ in forma ꝑdō eract & de qualibet inde parte & parcella erga dictum dominum Regem nūc heredō & ſucceſſor ſuos & eorum quemlibet nunc & deinceps eroneretur & quietus inde eriſtat. Et quia videtur Baronibus ad judicium in ꝑmiſſis reddendō non ſore ꝓcedendō antequam ſcrutinium fiat pro dicto domino Rege utrum habetur aut unquam habebatur aliquod recordō ſiue recordō aut inquiſitiōn per que liquere poteſt qō ꝑdict manerr de Alhendon tenetur aut unquam tenebatur de predicto dño Rege nunc in capite in ſocagio in capite per ſerbitiū militare aut aliter in ſocagio necne, datus eſt dies prefato Benedicto Winchecombe ar in ſtatu quo nunc uſque a die ſancti Martini in rb. dies tūc proxiñ ſequeñ, Et interim ſcrutat recordō original inquiſitionibus & alijs memorandis hujus Scaccar non eſt compertum p aliquod recordō original inquiſitiōn aut memorandō qō ꝑdict manerr de Alhendon modo tenet aut unquam tenebatur de ꝑdict dño Rege nunc in capite in ſocagio in capit per ſerbitium militare aut alit in ſocagio, Ad quem diem ꝑfat Benedictus Winchecombe ar venit hic in propria perſona ſua, et petit judicium ſuū ut priꝰ. Et Henricus Hobart miles & Baronett⁹ attor dicti dñi Regis nunc generalis qui pro eodem dño Rege nunc in hac parte ſequitur vila per ipſum attornat generalr predict inquiſitiōn indentat capt apud parvam Bickhill in ꝑdicto comitatu Buck. predict undeciñ die Septembris anno regni predict nuper Regine Elizabeth primo coram predicto Petro Grape armigero adtunc Eſcaetore ejuſdem nuper Regine in comitatu predicto poſt mortem predicti Wilhelmi Fawconer per quam eidem attornato generali ſatis & aperte conſtat quod predict manerr de Alhendon cum pertineñ adtunc tenebatur de predict Egidio Allington milite ut de predicto manerio ſuo de Wilmondeſley in predicto comitatu Hertf. per ſerbitium militar & reddit rl.s. pro omnibus ſerbitys, quodque predict manerr de Alhendon modo tenetur de Egidio Allington milit heredō predict Egidy Allington milit ut de predicto manerio ſuo de Wilmondeſley in predicto comitatu Hertf. per reddit predict pro omnibus ſerbitys, Ideo attornat generalis non dedicit quin fatet placitum prefati Benedicti Winchecombe armig in forma predicta placitat in omnibus fore verum modo & forma prout ipſe ſuperius placitando allegavit. Et viſis pmiſſis per Barones habitaque matura deliberatione inde inter eoſdem, conſideratum eſt per eoſdem Baron quod ipſe ꝑfatus Benedictus Winchecombe ar de predict ſumñ rl.s. ab ipſo in ꝑdō magno rotulo ſupius in forma ꝑdō eract & de qualibet inde parte & parcella erga dictū dñum Regem nunc heredō & ſucceſſor ſuos & eorū quemlibet nunc & deinceps eroneretur & quietus inde eriſtat pretertu pmiſſorum, Salva ſemper actione dēi dñi Regis nunc ſi &c. In memorandō ſcēy viz. inter recordō de trmino ſancti Mich. anñ nono Regis nunc ex parte rememoratoris Theſaury Rotulo.

Inquiſition.

Conveyance.

Traverſe de Tenure.

Travers de Record.

Search tenure.

Cer-

Certiorari.

MEmorandū quod Ricus Welleō unus Justic domine Regine de banco & Richard⁹ Harpur alter Justic ejusdem domine Regine de banco Justic ipsius domiñ Regine ad assisas in coiñ Devoñ capiend assignat vicesimo quint die Novembris isto eodem termiñ virtute bris ejusdem domine Regine eis direct, qō sequitur in hec verba, Eliz. dei grat Angl Franc & Hiberñ Regiñ fidei defensor &c. dilectis & fidelib⁹ suis Ricō Welleon uni Justic suorū de banco & Ricō Harpur alteri Justic suorū de banco Justic nris ad assisas in coiñ Devoñ capiēd assignā salutem Voluntes certis de causis certiorari de & super recordo & processu cujusdam assise de nocumento quam Matilda Wike alias Pers vidua arrain coram nobis per bre nostrum versus Johannem Serell de Godford de divsione cur⁹ cujusdam aque in Awlescombe ad nocumētū liberi tenēti pdict Matilde in eadem villa, Vobz mandam⁹ qō recordo & processum assise pd cum omnib⁹ ea tangeñ quibuscunqz nominib⁹ part̄es in assisa poca censeantur coram vris Justic nris de banco sub sigillis vestr distincte & apte fine dilone mittatis & hoc bre T. meipsa apud Westm xviij. die Novembris anno regni nri tertiodecimo, mil. hic recordum & processum assise pd cum omnibus ea tangeñ que sequūtur in hec verba. Eliz. dei grat Angl Franc & Hiberñ Regina fidei defensor &c. Vic Devoñ Saluz, Queka est nobz Matilda Wike alias Pers vidua qd Johēs Serell de Godford injuste & sine judicio dīsit cursum cujusdam aque in Awlescombe ad nocumentum liberi tenēti sui in eadē villa infra triginta annos jam ultimos elapsos, Et ideo tibi pcipim⁹ quod si pdicta Matilda fecerit te securū de clam suo prosl. tunc fac xij. liberos & legales hoes de vilu illo videre cursum aque illius & teñ & noia eorū imbr, Et sum eos per bonos sumnōs qō sint coram Justic nris ad primam assisā cum in partes illas veñint parat inde facer recogn, Et pone p vad ad salvos pleg pd Johēm vel ballivū snū si ipe invenī non fuerit qō tunc sit ibi audiend recogn ill, Et hēas ibi sum noia pleg & hoc bre, T. meipsa apud Westm tertio die Febzuarij anno regni nostri duodecimo, Pleg de provis. Johēs Dow, Ricus Kow. Infranoiat Johēs Serell nihil hēt in ballīva mea p qō attachiar potest, nec hēt ballivū in balliva mea nec est invenī in eadē visū executionis istius bris mihi direct patet in quodā pannello huic bri annex', Johēs Mallet Ar vic. Noia recogn assise nocumenti inter Matildam Wyke alias Pers viduā quer & Johēm Serell de Godford teneñ, Henr Dillon Ar Robertus Pollard Ar pt v. Jur Johēs Faringdon Ar Johēs Rapley Ar Johēs Jere geñ Jur Johannes Furseclond geñ pt v. Jur Thom Deyman geñ Jur Roger Colmā geñ Carolus Ford geñ Jur Edward Atwod geñ Jur Henr Atwod geñ Johēs Burnard geñ, Chriſtofer Saunders tr Jur Olmund Harris, Johēs Harris baker, Johēs Serel de Wolscombe, Thomas Style Jur Johēs White de Alscombe, Willus Cozam Jur Chriſtopher Chanons Jur, Thom Pring tr Jur, Willus Dirling egrot Johēs Hussey Jur Ricus Waltham Sum recogn pd & cozum cujuslibet Johēs Dow & Ric⁹ Kow. Pan sum recogn pd & eorū utriusqz Johēs Denn. Ric⁹ Fen Willus Fore, Thom Core. Johēs Mallet Ar vic. Tenens plitat non divertit cursum aque. Capiat assisa. Dic p quer set nō vi neqz armis dampna iij. d. cultag. rr. s. Partes hent die usqz diem Lune viz. tertiū die July apud Castrum Croñ de judicio suo inde audiend: Ad quem diem veñunt ptes & ulteri⁹ hent die cozam Justic hic usqz die Jovis pr. post crastinū scī Partin apud Serjātes Inne in le Chancery Lane London de judicio suo inde audiend. Intret judiciū p quer & recupet dampn sua p recogn assis. necnon novē libi & duodecem solid p cur hic de incro adjudicat. Plita assisarū apud castrū Croñ in coiñ Devoñ cozam Ricō Welleō uno Justic dñe Regine de bāco & Ricō Harpur alter Justic dñe dñe Regine de banco Justic ejusdē dñe Regine ad assisas in Coiñ Devoñ capiend assignā die Lune in quarta septimana Quadragesime anñ Regni Eliz. dei gratia Angl Franc & Hiberñ Regine fidei defensor &c. duodecimo. Devoñ ss. Assisa veñ recogn si Johēs Serell de Godford injuste & sine judicio divertit cursum cujusdam aque in Awlescombe ad nocumentū liberi tenementi Matilde Wyke alias Pers vidue in eadem vill infra triginta annos jam ultimos elapsos, et unde eadem Matilda per Johannem Campion attornatum suum queritur, quod cū quidem Johēs Mooze miles quinto decimo die July anno regni domini Ed. nuper Regis Anglie sexti quarto fuisset seisitus in dominico suo ut de feodo et in uno molendino aquatico in Awlescombe predict, quodque idem Johannes Mooze ac omnes illi quorum statum ipse habuit in molendino predicto cum ptinentys unde &c. a tempore cujus contrary memoria hominum non existit habuerunt cursum aque predict descēden e curreñ inter quoddam pratum vocat Milhams meade & quoddam clausum voc Redcliffe in Awlescombe predict et abinde usque ad rotam molendini predicti curreñ, Et idem Johannes Mooze de molendino predicto cum pertinentys & cursu aque p dicte in forma predicta seisitus existen predicto quintodecimo die July anno quarto supad per scriptum suum gerem dat eisdem die & anno curieque hic ostens. dimisit molendinū pdict cū pertinentys inter al cuidam Stephano Wilkes jam defunct p termino vite sue remanere inde post mortem predicti Stephani prefate Matilde adtunc uxor sue p termino vite predicte Matilde, Et post mortē ipsorū Stephni & Matilde remanere inde Willo Wilkes filio predictorū Stephani & Matilde pro termino vite sue, virtute cujus dimissionis idem Stephanus in predictum molendinum cum pertin intravit & fuit de molendino predicto et cursu aque predicta

cum

Notes des proceedings sur le dōrse del bre.

Le plaint;

Prescriptiō per watercourse al moline.

Lease de molin pre vie ove remaine des quels.

cum pertinentijs inter alt̃ seisitus in dominico suo ut de libero tenemento, Et sic inde seisitus existeñ postea viz. duodecimo die Marty annis regnoꝝ Philip. & Marie nuper Regis & Regine Angl̃ tertio & quarto apud Alwlescomb p̃d obyt, post cujus mortẽ p̃d Matilda in Molendinũ p̃d cum pertiñ intravit & fuit inde & de p̃dco cursu aque seisit in dñico suo ut de libero teñto virtut remanet p̃d, Et p̃d Matilda de p̃d Molendino & cursu aque p̃dce cum ptiñ sic seisit existẽs postea & ante diversionẽ curs. aque p̃d apud Alwlescombe p̃d cepit in virum quendam Johannem Wyke alias Pers virtute cujus ydem Johannes Wyke & Matilda fuer̃ seisiti de Molendino predicto et cursu aque p̃dict cum pertinentijs in dominico suo ut de libero tenemento ut in jure ipsius Matilde p̃o termino vite ejusdem Matilde, Et postea et antea diversionem cursus aque predicte predict̃ Johannes Wyke apud Alwlescombe predict̃ obyt, Et predicta Matilda ipsum supervivit & fuit de Molendino predicto et cursu aque predicte cum pertinentijs seisita in dominico suo ut de libero tenemento p̃o termino vite ipsius Matilde, Et predicta Matilda de Molendino & cursu aque predicte seisita existens predictus Johannes Serell postea videlicet p̃mo die Septembꝛis anno regni domine Regine nunc undecimo apud Alwlescombe predictam injuste &c. Divertit cursum aque p̃dicte curreñ ad predictam rotam molendini predicti a molendino predicto per quã quidem diversionem cursus aque predicte ubi predictum molendinum ipsius Matilde ante eandem diversionem aque predicte molare potuit quibuslibet die & nocte decem modios frumenti & quadꝛaginta modios bꝛasij modo molare non potest quibuslibet die & nocte nisi quatuoꝛ modios frumenti & viginti modios bꝛasij ad nocumentum &c. Et inde petit assisã &c. Et predict̃ Johannes Serell per Rogerum Warber Attoꝛnatum suum venit & dicit quod assisa predicta inter ipsum & prefatum Matildã fieri non debet quia dicit quod ipse non divertit cursum aque predicte ad nocumentum liberi tenementi predicte Matilde modo & forma p̃out eadem Matilda superius versus eum queritur, Et de ponit se super assisam, Et predicta Matilda similiter, Ideo capiat inde inter eos assisa, Et recogñ inde impannellat̃ eract̃ veñ qui ad veritatem de p̃miss. dicendũ electꝰ triat̃ & jur̃ dict̃ sup sacramentũ suum quod predictus Johãnes Serell injuste &c. divertit cursum aque predicte ad nocumentum liberi tenementi predicte Matilde set non vi neque armis p̃out predicta Matilda superius versus eum queritur, Et allidunt dãpna ipsius Matilde occasione diversionis cursus aque predicte ultꝛ mis. & custag̃ sua per ipsam circa sect̃ suam in hac parte appos̃ ad quatuoꝛ denar̃, Et p̃o mis. & custag̃ illis ad viginti solidos, Et quia Justic̃ hic se advisare volunt de et super premiss. priusquam judicium inde reddant, Dies dat̃ est partib̃ predictis coram prefat̃ Justic̃ hic scilicet apud Castrum Exon̄ predict̃ die Lune videlicet tertio die July p̃xim̃ futur̃ de judicio suo inde audiend̃ eo quod ydem Justic̃ hic inde nondum &c. Ad quem quidem diem Lune coram prefat̃ Justic̃ apud Castrum predictum veñ tam predicta Matilda quam predictus Johannes Serell per Attoꝛnatos suos predictos, et quia Justic̃ hic ulterius se advisare volunt de et super premiss. priusquam judicium inde reddant dies inde ulterius dat̃ est partibus predictis in statu quo nunc coram prefat̃ Justic̃ apud hospitiũ Justic̃ voc̃ Serjeantes Inne in le Chauncerie Lane London usque diem Jovis p̃xim̃ post Craskinum sancti Martini p̃xim̃ futur̃ de judicio suo inde audiend̃ eo quod Justic̃ hic inde nondum &c. Ad quem quidem diem Jovis coram prefat̃ Justic̃ apud hospitium predictum veñ tam prefat̃ Matilda quam predictus Johannes Serell per Attoꝛnatos suos predictos, et super hoc vis. premiss. & per Justic̃ hic plenius intellectis concess. est quod nocument̃ predict̃ omnino amoveat̃ et q̃ aqua predicta in predictũ antiquũ rectum cursum suum ad molendinũ predictum per vis. recogñ assise predict̃ ad custagia predicti Johannis Serell reducat̃, Et quod predicta Matilda recuperet versus prefatum Johannem Serell dampna sua p̃dicta ad viginti solidos & quatuoꝛ denarios per recogñ predictos in forma predicta Assess. necnon novem libras & duodecem solidos eidem Matilde ad requisitionem suam p̃o missis & custagys suis predictis per cur̃ hic de increment adjudicat̃ que quidem dampna in toto se attingunt ad decem libras & duodecem solidos & quatuoꝛ denarios, Et predictus Johannes Serell in misericoꝛdia &c. Attoꝛn̄ recept̃ apud Castrum Exon̄ in comitatu Devon̄ coram Richard̃ Weston un̄ Justic̃ domine Regine de Banco & Richardo Harpur alter̃ Justic̃ dicte domine Regine de Banco Justic̃ ejusdem domine Regine ad assisas in comitatu Devon̄ capiend̃ assign̄ die Lun̄ in quarta septimana Quadꝛagesim̃ anno regni Elizabeth dei gratia Angl̃ Francie et Hibernie Regine fidei defensoꝛ &c. duodecimo. Devon̄ ss. Matilda Wyke alias Pers vidua po. lo. suo Johannem Campion vsus Johannem Serell de Godfoꝛd de plito assise nocumenti. Devon̄ ss. Johes Serell de Godfoꝛd po. lo. suo Rogeꝛ Barber versus Matildam Wykes alias Pers viduam de placito assise nocumẽti. Postea scilicet vicesimo quinto die Maij anno regni domine Regine nunc tertiodecimo recoꝛdũ & proc̃. Inquele p̃d cum oib̃ ea tangen̄ virtute cujusdã bꝛis ejusd̃ dñe Regin̄ de erꝛ corrigend̃ cujus dat̃ est apud Westm̃ nono die Aprilis anno tertiodecim̃ supꝛad̃ Jacobo Dyer militi direct̃ & p̃f. defend̃ tangen̄ coram domin̄ Regina ubicunq̃ &c. mittunt̃ &c. Mich. 12 & 13 Eliz. Rot̃ 1168. In Communi Banco. Vide Dyer fol. 248. pl. 80. in fine casus.

No remainder executc.

Cepit in virum.

Divert̃ del watercourse.

Le def. dit que il ne divert le Watercourse & issue sur eco.

Le recognitors del Assise trove pre le pl.

Damages. Justic̃ advisare volunt.

Jour done al Serjeant Inne.

Judgem que le sance s remove le ewer duce e son au ciẽt co

Damag̃ recover

Mis. Warr̃ tor̃.

Error

Kanc̃

Claime de liberties.

1 KAnt̃ ff. Clameum Henrici Carey ho-
norabilis ordinis garterij Militis Ba-
ron̄ de Hunsdon dominij ꝛ manery sui de Se-
venoke cum pertinentys ac hund̄ de Codde-
sheath, Et leꝛ ꝛ vis. franc̃ pleg ꝛ feriarum sive
nundinarum et mercat in Sevenoke cum suis
juribus, membꝛis, francheseys, libertatibus,
ꝓvilegys, ꝛ ptinentys universis in dicto com̄
Kanc̃ nuper parcell̃ terꝛ ꝛ possessionum Archie-
piscopat Cantuarien̄ tã super compoꝛ Johis
Lennard armig nuper vic̃ dicti com̄ Kanc̃ com-
putand̄ de exit̃ officy sui pdicti viz. a festo san-
cti Michaelis Archangel̃ anno regni ꝓfat̃ do-
mini Regine nunc Eliz. duodecimo usq; idem
festum sancti Michael̃ Archangel̃ extunc ꝓx.
sequen̄ anno regni sui decimo tertio, scilicet p
unum annum integrum, quã super comp̃ Hẽ-
rici Vvedal armiger̃ nup vic̃ com̄ Dorset com-
putand̄ de exit̃ officij sui ꝓx uno anno extunc
ꝓx' sequen̄. Idem Henric⁹ Carey miles Ba-
ro de Hunsdon per Thomam Lane ius attorn̄
petit sibi allocari de xviij.l. xj s.viij.d.ob quib⁹
idem nuper vicecomites onerantur in compis
suis predictis inter totalia sua coꝛam oppositꝛ
foꝛinc̃ extract̃ hujus Scacy in rotulo de ex-
tractis sub diversis titulis sublequen̄, viz. Exit̃
de banc̃ de anno duodecimo Regine Eliz. fines
de banco de dc̃s annis duodecimo ꝛ tertiodecim̄
Regine predict̃, Exit̃ coꝛam domina Regina de
annis decimo ꝛ undecimo Regine Eliz. Exit̃
fines ꝛ amerciament̃ foꝛisfact apud civitatem
Roffen̄ die Lune viz. vicesimo die Februarij,
anno regni domine Regine nunc Elizabethe
duodecimo coꝛam Johanne Southcot uno Ju-
stic̃ domine Regine ad placita coꝛã ipsa Regi-
na tenend̄ ꝛ Christophero Wrape uno Serviẽn
ipsius domine Regine ad legem Justic̃ ipsius
domine Regine ad Assis. in dicto comitat̃ Kanc̃
capiẽd̄ assignat, Exit̃ ꝛ amerciament̃ coꝛã Ba-
ron̄ de terminis sanct̃ Trinitat̃ ꝛ sanct̃ Micha-
elis anno decimo Regine Elizab. sãct̃ Hillary
Pasche ꝛ sanct̃ Trinitat̃ anno undecimo ejusd̄
Regine, et Hillary ꝛ Pasche anno duodecimo
Regine pdc̃e, fines ꝛ amerciamẽt̃ foꝛisfact coꝛam
Justic̃ domine Regine ad pac̃ apud Maidstone
in Com̄ predicto die Martis ante festum sancti
Michaelis Archangeli anno duodecimo Regine
Elizabeth, prout in seperalibus particulis
de schedulis de nominib⁹ diverꝛorum quoꝛum
nomina ꝛ cognomina ac summe particulariter
declarunt ꝛ annotant in quibusdam schedulis
huic clameo annex̃, ac per Nowellum Sou-
thertõ clericum extract̃ hui⁹ scaccar̄ examinat̃,
quoꝛum quidem hominum sub quoꝛũ nominib⁹
ꝑdicte summe in dc̃s schedulis content̃ ꝛ spe-
cificat̃ particulariter exigunt, temporibus qui-
bus ipſi fines fecerunt, exitus foꝛisfecerunt, et
amerc̃ exiterunt fuerunt integri tenentes aut
non integri tenentes residen̄, Et quidam coꝛum
fuerunt tenentes non residentes, ac quidam coꝛ-
rum fuerunt residen̄ ꝛ non tenen̄ dicti Henrici
Carey milit̃ Baronis de Hunsdon infra domi-
nium manerꝛ aut hundꝛed̃ leꝛ ꝛ vis. franc̃ pleg
sui ꝛ de dominico manerio aut hundꝛedo leꝛ ꝛ
vis. franc̃ pleg predict̃ cum suis Juribus mem-
bꝛis libertatibus francheseys ꝓvilegys ꝛ per-
tinen̄ universis in dicto comitatu Kanc̃ nuper
parcell̃ terꝛ ꝛ possessiõn nuper Archiepiscopat̃
cantuarien̄, Et quas quidem summas ꝓfatus
Henricus Carey miles Baro de Hunsdon
per attoꝛnatum suum predictũ clamat sibi per-
tinẽre, eo quod omnes ꝛ singuli illi sub quoꝛũ
nominibus summe in ꝓdictis schedulis par-
ticulariter eriguñt tempoꝛibus quib⁹ ipſi fines
fecerunt, exit̃ foꝛisfecerunt, ꝛ amerc̃ exiterunt
fuerunt aut integri tenentes aut non integri te-
nentes residen̄, aut tenentes non residen̄, aut
residen̄ non tenẽtes infra predict̃ dominiũ ma-
nerꝛ ꝛ hũdꝛedum leꝛ ꝛ vis. franc̃ pleg ipſius do-
miñ Hunsdon cum suis juribus libertatibus
membꝛis ꝛ pertinentys universis in comitatu
ꝓdicto nuper parcell̃ terꝛ ꝛ possessionum Ar-
chiepiscopi Cantuarien̄is, quodque dict̃ manu-
captoꝛes tempoꝛibus quibus ipſi amerciati fue-
runt non fuerunt tenen̄ neque residen̄ infra do-
minium manerꝛ hundꝛed̃ leꝛ ꝛ vis. franc̃ pleg ꝑ-
dict̃, sed illi ꝓx quib⁹ ipſi manuceperunt fue-
runt integri tenentes aut non integri tenen̄ re-
sidentes, aut tenen̄ non residen̄, aut residen̄ nõ
tenen̄ infra eadem dominiũ manerꝛ et hundꝛed̃
leꝛ ꝛ vis. franc̃ pleg̃ cum suis juribus, libertati-
bus, ꝛ pertinentys universis ut in margine ꝑ-
dict̃ schedularum huic clameo annex̃ anno-
tant ꝛ declarantur. At ꝓout nuper vic̃
comitat̃ Kanc̃ super compm̃ suum ꝓdict̃ te-
stabat̃, Eo quod diu ante seperal̃ tempoꝛa foꝛisfa-
ctur̃ exit̃ finium ꝛ amerciamenꝛ ꝓdict' do-
minus Edwardus nuper Rex Anglie quartus
per literas suas patentes sub magno sigillo suo
Anglie confect̃ gerc̃n dat̃ apud Westm̃ quinto
decimo die Aprilis anno regni sui tertio in cu-
ria hic de recoꝛdo irrotulat̃ de gratia sua speciali
concessit cuidam Thome tunc Archiepiscopo
Cantuarien̄, p nom̃ venerabilis in Christo
patris Thome tunc Archiepi Cantuarien̄ con-
sanguinei ipsius nup regis charissimi, ꝛ succes-
soꝛibus suis ꝓx ipso nuper Rege ꝛ heꝛed̃ suis
inter alia quod idem tũc Archiepiscop⁹ ꝛ succes-
soꝛes sui ꝛ omnes homines ꝛ tenen̄ sui tam in-
tegre tenen̄ quam non integre tenen̄ residentes
ꝛ non residentes ꝛ omnes alij residen̄ in de vel
super terras dominia possessiones ꝛ feoda ꝓdi-
ct̃ nuper Archiepi ꝛ successoꝛum suoꝛum licet
foꝛent tenen̄ ꝓdicti nuper Regis vel heꝛedum
suoꝛum vel aliaꝛum personaꝛum quarumcun-
que foꝛent quieti per totum regnum anglie de
omni Thelonio in quolibet mercato ꝛ in omni-
bus nundinis ꝛ in oi pallagio pontiũ aquarũ
viaꝛũ ꝛ maꝛ̃ ꝑ totũ regnũ Anglie, ꝛ p oẽs ẽras
dc̃i nup Regis in quib⁹ idem nup Rex libertat̃
eis dare potuiſſet, Et qꝺ oĩa boñ ꝛ catall̃ ꝛ in-
chãdize ꝑ̃ nuper Archiepiscopi ꝛ successoꝛum
suoꝛũ ꝛ oĩũ hominũ ac tenent̃ suoꝛũ tã integre
tenen̄ quam non integre tenen̄ residen̄ et non

Conceſſ. E. 4. per literas suas paten'.

Epiſcopus, tenen. & reſiden. ſui quiet' de panag' paſſag. pillag. cariag. peſag. laſtag. tronag. pontag. chiminag, ankerag' warfag' & de ſect. faciend' ad ſhiras & hundred; &c.

reſidēñ & omnium aliozum reſidentium quozū cumque in de vel ſuper terras dominia poſſeſſiones & feoda p̄dicta licet fozent teneñ dicti nuper Regis vel heredum ſuozum vel aliarum p̄ſonarum quarumcunque eſſent ſimiliter per totum regnum Anglie quiet de omnimod̄ panag, paſſagio, laſtag, ſtallag, cariag. picagio, terrag, tronaj, pontagio, chiminagio, ankeragio, & warnagio, & de ſect faciend ad Shiras hundozed̄ & laſta hundzedozum dicto Regi et hered̄ ſuis ſpectañ, ac etiam quod habꝫ bona & catalla hujuſmodi teneñ reſideñ & non reſideñ et aliozum reſideñ quozumcunque felonū convictozum vel attinctozū ſive utlagatozum vel aliozum quozumcumque mozti adjudicaꝫ tam ad ſect dicti Regis quam ad ſectā ejuſdem Regis et aliozum vel ad ſectam aliozum quozumcunque, necnon bona & catalla hujuſmodi teneñ reſideñ & non reſideñ et aliozum reſideñ quozumcumque convictozum vel attinctozū ſive utlagatozum p̄o contemptibus tranſgr̄ debiť compis ſeu quibuſcunque alys delictis aut alia occaſione vel cauſa huacumque tam ad ſectam dicti Regis vel heredum ſuozum quam ad ſectam ejuſdem Regis & aliozum vel ad ſectam partis,

Bon' & catt' attinct' & utlagat'.

Bona forisfact'.

Quodque omnia bona et catalla forſiffacta omniū hominum & teneñ p̄dicti Archiepiſcopi et ſucceſſozum ſuozū tam integr̄ teneñ quam nō integr̄ teneñ reſideñ et non reſideñ et aliozum reſideñ quozumcunque in de vel ſuper terras dominia poſſeſſiones et feoda p̄dicti Archiepiſcopi et ſucceſſozum ſuozum, licet fozent tenentes eſuſdem Regis vel heredum ſuozum vel aliozum perſonarum quarumcumque, felonum de ſe et omnium aliozum felonum fugitivorum ſeu utlagatozū, Ita qd̄ ſi quis hominū ac teneñ ſuozum tam integre teneñ quam non integre teneñ reſideñ & non reſidentium & aliozū reſideñ quozumcunque de in vel ſuper terras dominia poſſeſſiones & feoda p̄dicti Archiepiſcopi & ſucceſſozum ſuozum p̄o felonia quacunque vitam vel membꝛozum deberet amittere ſeu fugeret & judicio ſtare nō vellet, ſive fozet utlagatus aut aliam tranſgreſſionem forſiffacturam vel rem quamcunq̄ faceret per quod catalla et terras ſuas perdere deberet in quacunque Curia Juſtič de ipſo fieri deberet ſive fozet cozam dicto Rege ſeu hered̄ ſuis Juſtič ipſi⁹ Regꝫ ſeu heredum ſuozum de uno Banco & de alio, Canč Theſaur & Baroñ, & cozā Baroñ de Scaccario ejuſdem Regis & heredū ſuozum, & cozam Juſtič ipſius Regꝫ & hered̄ ſuozū itinerañ ad communia p̄lita, placite Cozone, ac p̄lita fozeſte aſſignū, ac etiam cozā Juſtič dicti Regis et heredū ſuozū ad aſſiſas Juratas certificationes et quaſcunq̄ alias Inquiſitiones capiend̄ et ad Gaolas deliberand̄ aſſignaꝫ & cozam Seneſcallo & Marreſcall̄ et Clerico Mercat hoſpitij ejuſd̄ Regis & heredū ſuozū necnon cozam Juſtič ipſius Regꝫ et heredum ſuozum ad pacem ſive cozam cuſtodibus ipſius Regis et heredum ſuozum p̄acis ac ad ſtatuta et ordinationes de artificibus laboꝛatozibus ſervien̄ et victualibus ac etiam de ponderibus & meſuris conſervand̄ aſſignū ac cozam Juſtič ejuſd̄ Regis & heredū ſuoꝛ de Selweras ac etiam cozā omnibus alys Juſtič, officiar̄ et miniſtris ipſius Regis et heredum ſuozum tam in p̄ſentia dicti Regis et heredum ſuozū quā in abſentia ſua & heredum ſuozum et in omnib⁹ alys Curꝛ locis et placeis eſſent bona et catalla illa p̄dicti Archiepiſcopi & ſucceſſozū ſuozum imperpetuum, ac etiam qd̄ p̄fat̄ Archiepiſcop⁹ & ſucceſſozes ſui haberent imperpetuū deodand̄ Theſaur invent woꝛecū maris, & omnia bona & catalla vocat̄ Wanuopera inventa ſeu inveniенda cum quacunq̄ perſona in de vel ſuper terr, dñia, poſſeſſiones, & feoda p̄dicta & p quācunq̄ perſonam cozam quocunq̄ Judice, et qd̄ bene liceret eis ac miniſtris et ſervien̄ ſuis abſq̄ impedimento dicti Regis vel heredum ſuozum et omnium aliozum officiaꝛiozum ac miniſtrorum p̄dictozum necnon Vicecomitum, Eſchaetozum, Cozonatozum, Fajozum, Ballivozum et aliozum miniſtrozum dicti Regis et heredum ſuozū quozumcunq̄ ponere ſe in ſeiſinā de boñ et catall̄ quibuſcunq̄ p̄dictis in omnib⁹ & ſingulis caſibus p̄dict̄ ac alys caſibus q̄buſcunq̄ quando offič ballivi ſeu miniſtri dči Regꝫ vel heredum ſuozū bona et catalla p̄dicta in manu dicti Regis ſeu in manibus heredū ſuozum ſeiſire poſſent et deberent ſi ad dictum Regem vel heredū ſuos pertinerent vel pertinere poſſent & eadem bona & catalla ad opus et p̄ficuum p̄dči Archiepiſcopi et ſucceſſozum ſuozum percipere et habere imperpetuum, licet eadem bona & catalla p dictum Regem officiarios ſeu miniſtros ſuos vel heredum ſuozum occaſionibus p̄dictis ſeu eozum aliqua p̄ius ſeiſit̄ fozent, Et qd̄ p̄dictus Archiepiſcopus & ſucceſſozes ſui haberēt imperpetuum Retoꝛñ omniū bꝛeviū dči Regis et p̄ceptozum ſuozum et heredum ſuozū quorumcunq̄ tam illozū q̄ tangerent ipſum Regē vel heredes ſuos ſeu fozent ad ſectam ipſius Regꝫ vel heredum ſuozum quam aliozum bꝛevium et p̄ceptozū quozumcunq̄ cozā eodem Rege & heredū ſuis, ac cozā ipſo Rege in Cancellaria Juſtič ſuis et heredum ſuozū de uno Banco et de alio, ac cozā Cancellario Theſaurario & Baroñ de Scaccario ejuſdem Regis & heredum ſuozum quozumcunq̄, ac etiam retoꝛū billarū et p̄ceptozum retoꝛū cozoñ Seneſcall̄ & Marreſcall̄ hoſpitij dicti Regis et heredum ſuozū tam in p̄ſentia p̄dicti Regis et heredum ſuozum quam in abſentia ejuſdem Regis et heredum ſuozum Et quod Summ̄, Attachiamenť, & Executiones quecunque ad conſiderationem Seneſcalli et Marreſcalli facien̄ fierent per p̄fatum Archiepiſcopū et ſucceſſozes ſuos ſeu miniſtros ſuos Ita quod nullus Vicecomes ballivus ſeu miniſter Seneſcall̄ vel Marreſcall̄ nec alius quicunq̄ officiarius dicti Regis vel heredum ſuozum aliqua terras, dñia, poſſeſſiones, et feoda p̄dicti Archiepiſcopi et ſucceſſozum ſuozum per totum regnum Anglie p̄o aliqua exꝛecutione bꝛevium p̄ceptozum ſeu ſummonitionum p̄dict̄ aut p̄o aliquo attachiamento placitozū Cozoñ ſeu aliozum placitozum quozumcunque faciend̄ ingrediatur, niſi in defectu ipſi⁹ Archiepiſcopi ſeu

Felon de ſe fugitive & utlagat'.

Retorn brevium

Null' vic' aut al' miniſter i grediat'

ſuc-

ſucceſſozum ſuozũ aut eozũ Miniſtrozũ in terris dñys poſſeſſionibus ⁊ feodis ſupradictis, Et inſuper q̃ pdict⁹ Archiepiſcopus ⁊ ſucceſſozes ſui imppetuũ haberẽt omnimoꝺ fines p trãſgreſſionib⁹, oppreſſionib⁹, extoꝛtionibus, deceptionib⁹, conſpirationib⁹, concelament⁹, regratarys, foꝛſtellarys, manutenentys, ambedertar, falſitatibus et alys miſpriſionibus ⁊ occaſionibus quibuſcunq; ⁊ omnes fines pro licentia concoꝛdandi, et oĩa amerciamenta redemptiones erit foꝛisfact et oꝰ fines adjudicat ⁊ adjudicand ⁊ omnimoꝺ foꝛisfact tam p bꝛevia de attinct vel p bꝛevia de Decies tantũ vel de Præmunire fac adjudicat vel adjudicand quã p omnia alia bꝛevia et mandata quecunq; omniũ hominum ac tenen ſuoꝛũ tam integre tenen quã non integre tenen reſiden ⁊ nõ reſiden ⁊ aliozũ reſiden quoꝛumcunq; inde vel ſup terras dñia poſſeſſiones et feoda pꝛedicta tam coram dicto Rege ⁊ heꝛedibus ſuis quã coꝛam ipſo Rege in Cancellar, Cancellario, Theſaurario ⁊ Baroñ ac coꝛam Baronib⁹ de Scaccario ipſius Regis ⁊ heꝛedum ſuoꝛũ, ⁊ coꝛã Juſtic de Banco, Juſtic ad Gaolas Seneſchal ⁊ Mareſchal ⁊ Cleric Mercati hoſpitij ejuſd Reg⁹ Juſtic itineran ad coĩa placita et placita Coꝛone et ad placita foꝛeſte ipſi⁹ Regis et heꝛedũ ſuoꝛũ, Juſtic ad audiend ⁊ terminand, ac Juſtic ad Selweras, ac coꝛã Juſtic ad pac ſive cuſtoꝺ pacis et alys Juſticiarys p̃dictis ac officiarys ⁊ Miniſtris ejuſdem Regis et heꝛedũ ſuoꝛũ quibuſcunq;, necnon eſcapea felonũ de et in terris dñys poſſeſſionib⁹ et feodis p̃dictis ⁊ omnia alia que ad ipſum Reg vel heꝛedes ſuos pertinere potuiſſent vel deberent tã in dictis eſcapeis felonũ quã de murdꝛis ⁊ felon omniũ homiñ ac tenen ſuoꝛũ tã integre tenen quã non integre tenen reſiden ⁊ non reſiden ⁊ aliozũ reſiden quoꝛũcunq; p̃ꝺ, ac omniũ aliozũ Miniſtrozum ipſius Regis et heꝛedũ ſuoꝛũ pꝛedict, ac etiam omnimoꝺ fines et redemptiones pꝛo quacunq; cauſa emergentes ⁊ amerciamenta quecunq; que tunc currebant ſeu extunc currerent in demand ſup aliqua villatoꝛũ ⁊ hũꝺꝛedoꝛũ de in vel ſup terras dñia poſſeſſiones ⁊ feoda p̃dicta, licet foꝛent tenentes ipſi⁹ Reg⁹ vel heꝛedum ſuoꝛũ vel aliaꝛũ perſonarũ quarumcunq; in curia dicti Regis vel heꝛedũ ſuoꝛũ tam coꝛã ipſo Rege ⁊ heꝛed ſuis quã coꝛam ipſo rege in Cancellaria, Cancellar, Theſaurar et Baroñ et coꝛam Baroñ de Scaccario ejuſdem Regis ⁊ heꝛedũ ſuoꝛũ et coꝛam Juſtic de Banco, Juſtic ad gaolas deliberand, Seneſchal et Mareſchal ⁊ Clerico mercat hoſpity dicti Regis Juſtic itineran ad coĩa placita et placita Coꝛone ⁊ ad placita foꝛeſte dicti Regis ⁊ heꝛedũ ſuorum, Juſtic ad audiend ⁊ terminand ac Juſtic ad Selweras, ac coꝛã Juſtic ad pac ſive cuſtoꝺ pacis ⁊ alys Juſticiar p̃dictis ac officiarys ⁊ miniſtris dicti Regis ⁊ heꝛedum ſuoꝛũ quibuſcunque licet p̃dict homines ⁊ tenen ſui tã integre tenen quã non integre tenen reſiden ⁊ non reſiden et omnes aly reſiden in de vel ſuper terras dñia poſſeſſiones ⁊ feoda p̃ Archiepiſcop ⁊ ſucceſſoꝛũ ſuoꝛũ licet foꝛet tenen dicti reg⁹ vel heꝛed ſuoꝛũ vel aliaꝛũ perſonarũ quarumcunq; fines ſeu redemptiones facere ſeu amerciari eritus foꝛisfacere eſcap felon Murdr vel felon adjudicari contingeret, Que quidẽ fines amerciamenta redemptiones erit⁹ eſcapea felon murdr et felon dicto Regi vel heꝛedibus ſuis pertinere deberent ſi ea p̃fat Archiepo et ſucceſſoꝛibus ſuis conceſſa non fuiſſent, Et quod pꝛedictus Archiepiſcopus et ſucceſſoꝛes ſui oĩa fines redemptiones eritus et amerciamenta hujuſmodi et omnia foꝛisfact et pꝛoficua quecunque p̃ꝺ haberent, perciperent, levarent et colligeꝛent per ſe ⁊ miniſtros ſuos in foꝛma pꝛedicta imperpetuum abſq; impetitione ipſius Regis vel heꝛedũ ſuoꝛũ aut miniſtrozũ ſuoꝛũ quoꝛumcunq; licet ꝺem homines ac tenen ſui tam integre tenen quã non integre tenen reſiden ⁊ non reſiden ⁊ omnes aly reſiden foꝛent tenen dicti regis vel heꝛedũ ſuoꝛum vel aliaꝛum pſonarum quarumcunq; licet etiam plegy vel manucaptoꝛes dictoꝛũ hominũ ac tenentium ſuoꝛum tã integre tenen quã nõ integre tenen reſiden ⁊ non reſiden ⁊ aliozũ reſiden quoꝛumcunq; vel alicujus eoꝛundẽ de ipſo Rege et heꝛedibus ſuis vel aliqua alia ſeu aliquibus alys perſona vel perſonis alibi tenerent vel eoꝛum aliquis teneret vel reſideꝛet ſeu non reſident reſidens ſeu non reſidens in de vel ſuper terras dñia poſſeſſiones ⁊ feoda p̃dicta non exteriterint ſeu eoꝛum aliquis non exteriterit, Conceſſit idem nuper rex inſuper pꝛo ſe ⁊ heꝛedibus ſuis, quod p̃fat Archiepiſcopus ⁊ ſucceſſoꝛes ſui imperpetuum facere poſſint duos conſtabularios vel plures ad placita eoꝛũ in quibuſcunq; hũꝺꝛed ipſi⁹ Archiepiſcopi et ſucceſſoꝛum ſuoꝛum quoties ⁊ quando p̃fat Archiepiſcopo ⁊ ſucceſſoꝛibus ſuis et eoꝛum cuilꝛ viſum foꝛet neceſſ. et oppoꝛtonũ, Et qꝺ tam p̃dict conſtabulary ſic fact ⁊ eoꝛum quilibet poteſtat haberent ad exequend et exercendũ omnia que ad officium p̃dict conſtabular in terris hundꝛed ⁊ dñys poſſeſſionibus et feodis p̃dict infra hundꝛed p̃dict quoties ⁊ quando opus foꝛet et neceſſ. pertinerent facerent. Ita quod nullus Coꝛonatoꝛum dicti Regis aut Conſtabular ejuſdem Regis ingrediꝛetur hũꝺꝛed pꝛedict ſeu eoꝛũ aliq; ad aliq; ibiñ faciẽꝺ ſeu exerꝛcendũ qꝺ ad officiũ conſtabulary pertineret quovismodo, Et ſi aliquis conſtabularius pꝛedict dicti regis vel heꝛedum ſuoꝛum hundꝛed p̃dict ad aliquod q̃ ad officium ſuum in hundꝛed pꝛedict pertineret faciendũ ingrediꝛetur et officium ſuum exerꝛceret et uteꝛetur ibidem quod omne id quod per conſtabular vel eoꝛum aliquem fact foꝛet in ea parte vacuum eſſet et pꝛo nullo haberetur. Et ulterius de plenioꝛe gratia dicti regis conceſſit idem rer pꝛo ſe et heꝛedibus ſuis eidem Archiepiſcopo ⁊ ſucceſſoꝛibus ſuis imperpetuum, qꝺ nullus vicecomes ballivus ſeu alius miniſter dicti regis vel heꝛedum ſuoꝛum aut aliozũ quoꝛumcunq; attacharet ſeu caperet aliquem hujuſmodi hominum et tenen tam integre tenen quam non integre tenen reſiden ⁊ non reſiden quecunq; in de vel ſuper terr dñia poſſeſſion et feoda pꝛedict vel extra licet foꝛet tenen dicti regis

Poteſtas eligend' conſtabular'.

Nul Coron' aut conſtabular. Regis ingrediatur.

Omnia per Conſt. Reg. facta vacua.

gis & hered̄um suozum vel aliarum psonarum quarumcunque per breve p̄cept seu per aliud warrant vel causam quamcunq; infra com̄ seu com̄ ubi esset resident̄ dummodo execut̄io hujusmodi brevium p̄cept vel aliozum warrantorum quozumcunq; infra terras d̄nia possessiones & feoda p̄dicta per eundem Archiepiscopum & successozes suos aut cozū ministros debit̄ modo fierent, licet vicecom̄ ballivi seu aly ministri invenirent aliquos tales homines tenentes suos tā integre tenētes quā non integre teneñ residen̄ & non residen̄ & alios residen̄ extra terras dominia possessiones & feoda p̄dicta infra comit̄ seu comit̄ ubi essent sic residen̄ sed mandaretur eidem Archiepiscopo et successozibus suis aut eozum ministris ad execut̄ionē inde faciend̄ si nō fozet in defectu ejusdem Archiepiscopi & successozum suozum & ministrozum suozum, Et quod p̄dictus Archiepiscopus & successozes sui tam in p̄sentia dicti Regis & heredum suozum quā in absentia ejusdem Regis & heredum suozum p se & ministros suos in omnibus terr̄ d̄nys possessionibus & feodis p̄dictis fierent & haberent allaiam emendation̄ & allam panis vini & cervicie & omnimod̄ aliozum victualium mensurarum & ponderum quozumcunq; & aliozum ad officiū Clerici mercati hospity dicti regis & hered̄ suozum p̄tineñ cum punicione eozum, Et quicquid quod ad ipsum pertineret faciend̄ & exercend̄ quoties & quando opus fozet & necesse, adeo plene sicut idem Clericus mercati hospity dicti Regis & heredum suozum faceret vel facere deberet in p̄sentia ipsius Regis & heredum suozum & in absentia ejusdem Regis & heredum suozum, Et quod haberent amerciamenta fines & alia p̄ficua inde p̄venieñ percipiend̄ & levand̄ p ipsos & ministros suos absq; impetitione dicti Regis vel heredum suozum aut ministrozum suozū & heredum suozum quozumcūque, Ita quod p̄dictus Clericus Mercati hospity dicti Regis vel heredū suozum non ingrederetur terr̄ d̄nia possessiones aut feoda p̄dict̄ ad aliquod ibidem faciend̄ seu exercend̄ quod ad officium suum pertineret quovismodo. Concessit dict̄ Rex eidem Archiepiscopo & successozibus suis quod sic ipsius Regis pateñ p̄dict̄ sic eis inde generalit̄ fact̄ fozent ejusd̄ vigoz̄ & virtutis & effect̄ qual̄ essent si omnia illa superi⁹ spec̄ plus specialit̄ legitime & particulariter in eisdem literis exp̄imerentur & specificarentur, Et quod legerentur & intelligerentur judicarētur & determinarentur p̄ parte ipsius Archiepiscopi & successozum suozum erga d̄m Regē & heredes suos p̄out melius scire poterit & intelligi non obstañ aliqua omissione defectu negligeñ repugnantia seu contrariositate in eisdem, aliquo actu ordinatione statuto seu restrictione in contrarium edit̄ aut eo quod in eisdem liter̄ dicti Regis pateñ nulla fit mentio exp̄essa de vero valore annuo libertatum franchesiarum quietanciarum in eisdem content̄ aut de aliquibus terr̄ & tenementis aut concess. libertatum quietanc̄ dicto Archiepiscopo et successozibus suis aut alicui p̄decessozum suozum per ipsū Regem aut per aliquem p̄genitozum suozum ante eadem tempora fact̄ non obstanc̄ put in p̄dictis literis patent̄ irrotulat̄ in memoraō huj⁹ Scaccary de anno tertio dicti nuper Regis Edwardi quarti, viz. inter Record̄ de termino Sc̄i Hillary Rotulo septimo ex parte Remem̄ Thesaurar̄ inter alia plenius continetur. Ac etiam p̄fatus Henricus dominus Hunsdon ulterius dic̄, quod p̄fatus nuper Archiepiscopus Cant̄ p̄dco tempore confection̄ p̄dictarum literarum patentium eidem nuper Archiepiscopo in forma p̄dca confect̄ fuit seisit̄ de et in p̄dicto dominio, manerio, & hundred̄, cum suis juribus membris libertatibus et pertin̄ universis in dominico suo ut de feodo ac de hundred̄, let̄, sive vic. franc̄ pleḡ p̄dict̄ bis per annum, viz. semel infra mens̄ festi Sancti Michaelis & semel infra mens̄ festi Pasche in Sevenoke p̄dict̄ tenend̄ ac de ferys sive nūdinis p̄dc̄is bis p annum, viz. in festo Sancti Nicholai Episcopi & in fest̄ Petri & Pauli Apostolozū in Sevenoke p̄dict̄ tenēd̄ ac de mercat̄ p̄dict̄ qualibet die Sabbati septimanatim per annum in Sevenoke p̄dict̄ tenend̄ ut de feodo & jure in jure Archiepiscopat⁹ sui p̄dc̄i, Quarum quidē literarum patent̄ p̄tertu ac virtute donationum & concessionum p̄d̄ in eisd̄ literis patent̄ content̄ & specificat̄ p̄. nup Archiepiscop⁹ fuit seitus de dominio, manerio, & hundred̄ p̄dicto, cum suis juribus membris libertatibus & pertineñ universis p̄dc̄o tempore confectionis earundem literarū patent̄ in jure Archiepiscopat̄ sui p̄dc̄i, ac exitus fines & amerciamenta p̄dca ac cetera p̄milla in forma p̄dict̄ concess. inter alia habuit & gavis⁹ fuit. Et quod postea quidam Thomas Cranmer nup Archiepiscop⁹ Cantuar̄ fuit seitus de & in p̄dco dominio, manerio, & hundred̄, cum suis juribus libertatibus et pertineñ universis in dominico suo ut de feodo, ac de libertatibus & franchesijs p̄dictis ut de feodo et jure in jure Archiepiscopatus sui p̄dicti, ac exitus fines & amerciamenta p̄dicta, ac cetera p̄milla, in forma p̄dicta concessa inter alia habuit et gavisus fuit p̄tertu p̄dictarum literarum patent̄, Et qd̄ postea per quendam actum Parliamenti de stabilimento Cur̄ Augmentationū in Sessione Parliamenti tent̄ per p̄rozogat̄ apud Westm̄ quarto die February, anno regni nuper Regis Henrici octavi vicesimo septimo, ac ibidem cōtinuat̄ & tent̄ usq; quartum decimum diē Aprilis tunc proxim̄ sequen̄ edit̄, certis de causis et considerationib⁹ in eodem actu declarat̄, inactitat̄, ordinat̄, & stabilitum fuit authozitate ejusdem Parliamenti inter alia et p̄fatus nuper Rex Henricus octavus authozitate p̄dicta ordinabit stabilivit & erexit quandam Curiā communiter voc̄at̄ Cur̄ Augmētationum Reventionum Cozone sue, Que quidē Cur̄ authozitate p̄dicta continue esset Curia de Record̄, Et ulterius per eundem actum inactitatū fuit inter alia quod omnia illa maneria, terr̄, tenementa, et hereditament̄ que p̄fatus nup Rex Henricus octavus perquisiverat, & adhuc remanebant in manu ejusdem nuper Regis aut in manu sive pos-

Assisa panis, vini, & cervicie.

Clericus Mercat' reg. non ingred' ad aliquid ibidem faciend'.

Irrot. literarum p. cen' anno 3 Ed. 4. termino Hill' in Rem. Thes. Ro' 7.

Lect.

Feria & Mercat'

Cranm Archiep. Cant' fit'.

Act Parliament stabili Cur' Augment.

possessione alicujus persone vel aliquarum psonarum ad usum ejusdem nuper Regis, Ac que idem nuper Rex Henricus octavus tunc postea perquireret fozent in ozdiñ supervisu ⁊ gubernatione predicte nuper cur', p̃out per eundem actum Parliamenti inter alia plenius apparet, Et quod post predictum tempus confectionis predicti actus Parliamenti prefat' Thomas Cranmer nuper Archiepiscopus Cantuar' de dñio manerio ⁊ hundred p̃dicto cum suis jurib⁹ membris ⁊ pertineñ universis in dominico suo ut de feodo ⁊ de libertatibus ⁊ Franchesys predictis ut de feodo ⁊ jure in jure Archiepiscopat⁹ sui predict' seisit' erittens p quandã chartam suam gereñ dat' primo die Decembris anno regni dicti nuper Regis Henrici octavi vicesimo nono, ac in Cur' Cancellar' ejusdem nuper Regis apud Westmonaster' in comitat' Middl' erittem irrotulat', p nomen Thome permissione divina Cantuar' Archiepiscopi toti⁹ Anglie primatis ⁊ Metropolitani, dedit, concessit ⁊ p̃dicta charta sua confirmavit prefat' nuper Regi Henrico octavo, per nomen excellentissimi ⁊ serenissimi principis et Domini Henrici octavi Dei gratia Anglie, Francie Regis fidei defensor ⁊ dñi Hybernie, ac in terris supremi capitis Ecclesie Anglicane, predict' dominiũ, maner' ⁊ heredum cum suis juribus, membris, libertatibus ⁊ pertineñ universis inter alia per nomina totius illius manery ⁊ dominy sui de Sevenoke cum omnibus ⁊ singulis suis juribus, regalitatibus, commoditatibus, proficuis ⁊ p̃tineñ in comitat' Kanc' ac omniũ ⁊ singulozũ aliozum mesuagiozum, terr', tenementozum, reddit', reversion, servic', p̃ar', parc', park', bosc', subbosc', viarum, communiarum, piscariarũ, aquar', warreñ, parcozũ, ferar', chasear, vis. franc' pleg, Cur' Let', Cur', exit', ⁊ p̃ficuozũ, relevozũ, escaet', waviar', extrahur', libertat' ⁊ omnium et singulozum aliozum heredit' suozum, regalit', membrozum ⁊ commoditat' cum omnibus et singulis eozum pertineñ in predicto comitat' Kanc' ꝙ tunc seu aliquo elapso tempore infra temp⁹ quadraginta annozum tunc p̃xorin̄ preterit' dimis. cognit' reputat' accept' vel accepta fuerunt fore par' parcell' sive membr' dñi dominy ⁊ manery de Sevenoke, ac etiam omnium ⁊ singulozum aliozum suozum mesuagiozum terr' tenementozum redditu̇ reversionum servic' ⁊ p̃at' par' partur' bosc' subbosc' viarum communiarum piscariarum aquarum warreñ parcozum chalearum vis. franc' pleg' cur' p̃fic' herriot relevozum escaet' waviarũ extrahur' libertat' ac omnium ⁊ singulozum aliozum heredit' regalit' feod' milit' membrozum et commoditatum cum omnib⁹ ⁊ singulis eozum p̃tineñ scituat' jaceñ ⁊ erittem in Sevenoke in predicto comitat' Kanc' inter alia, Habend' et tenend' predict' manerin̄ dominium mesuag' terr' tenement' reddit' ⁊ servic' p̃at' par' ⁊ par' bosc' subbosc' membr' regalit' commoditat' p̃ficua vias communias piscar' aquas warreñ parcos chaseas vis. franc' pleg' curias cur' exitus et p̃ficua relevia escaet' waũ extrahur' libertat' et cetera omnia heredit' regalitat' ⁊ commoditat' supradict' cum omnibus et singulis eozum pertinen' prefat' nuper Regi Henrico octavo heredibus et successoribus suis imperpetuum, Quozum quidem doni et concessionis et charte confirmationis ac predictozum irrotulamentozũ charte predict' p̃tertu prefat' nuper Rex Henricus octavus fuit seisitus de ⁊ in predict' dominio manerio et hundred let' ⁊ vis. franc' pleg' ac de omnibus alys terris et tenementis nuper predicti Archiepiscopi in Sevenoke predict' cum suis juribus membris ⁊ pertineñ universis in dominico suo ut de feod' in jure Cozone sue Anglie, Et postea scilicet' vicesimo quarto die Decembris predict' anno regni dicti nup Regis Henrici octavi vicesimo nono eodem nup Rege de predict' dominio manerio et hundred ⁊ ceteris premissis cum suis juribus membris et pertineñ in forma predict' seisit' erittem, quidam Thomas permissione divina tunc Prior Ecclesie Christi Cantuar' ⁊ ejusdem loci fic Capitul' per quoddam scriptum suum gerens dat' eod' vicesimo quarto die Decembris pred. dict' anno regni dicti nup Regis Henrici octavi vicesimo nono sigillo communi eozdem Priozis et capituli in domo sua capitulari apud civitatem Cantuar' sigillat' omnia et singula superius scripta et content' quantum ad eosdem priozem et capitulum authozitat' capituli sui attinebat ratificaverunt approbaverunt ⁊ tenore ejusdē scripti sui cōfirmaverūt, Et p̃ postea per quendam actum Parliamenti privileg' ⁊ franches. concerneñ in Parliamento incep' apud Westmonaster' vicesimo octavo die Aprilis anno regni dicti nuper Regis Henrici octavi tricesimo primo ac ibidem teñ ⁊ postea continuat per divas p̃rozogationes usque duodecimũ diem Aprilis eodem anno, ⁊ ab eodem die teñ usque undecimum diem May anno regni ejusdem nup Regis tricesimo scdo, A quo quidē die per p̃rozogationem continuat fuit usque vicesimum quartum diem May ac tent' usque vicesimum quartum diem July eodem anno tricesimo secundo, quo quidem die idem Parliamentum authozitate ejusdem nuper Regis finit et dissolut' fuit edict' recitat' inter alia, cum diverse, et seperat' scit' circuitus et p̃cinct' nuper monaster', Abb'iarum, P̃riozatuum, Colleg' hospitalium et aliarum Ecclesiasticarum ⁊ religiosarum domozum, ac diverse. honozes castella maner' mesuagia terr' tenement' libertates p̃vileg' franches, et alia heredimenta per diversa ⁊ seperalia statuta ante edict' allignat' limitat' et appunctuata fuerunt ozdini regimini supervisui et gubernationi Curie dicti nuper Regis Henrici octavi vocat' Cur' Augmentationum Reversionum Cozone ⁊ Cancellar' officiar' et ministrozum ejusdem, per que quidem statuta plene plane aut exp̃esse declarat' sive recitat' non fuit qualiter et quomodo ⁊ per quat' speciat' officiar' ⁊ ministros libertat' p̃vileg' ⁊ francs. que nuper posses. eozundem scituum p̃cinct' honozũ castell' maner' mesuag' terrarum tenementozum ⁊ ceterozum p̃missozum

Ratific. Prioris & capituli Cant. 24. Decemb. an. 29. H. 8.

